3

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

DE

SVCCESSIONE

IN

EXSPECTATIVAM FEVDALEM

QVAM

ADIVVANTE SVMMO NVMINE

CONSENSV ATQVE AVCTORITATE

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

VIRO EXCELLENTISSIMO AC CONSVLTISSIMO

DOMINO

D. DANIELE NETTELBLADT

SACR. REG. MAIEST. BORVSSICAE A CONSIL. AVLIC.

ET PROFESSORE IVRIS ORDINARIO

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE CONSEQVENDIS

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

AD D. XVI. OCTOBR. A. MDCCL.

SVBMITTIT

AVCTOR RESPONSVRVS

IOACHIMVS FRIDERICVS BRAND

MAGDEBVRGICO-CALBENSIS.

HALAE SALICAE AERE IO. CHRIST. HENDELII (6

Nazionale NAPOLI
Digitized by Google

Digitized by Google

A SON EXCELLENCE
MONSEIGNEUR
SAMUEL
BARON
DE
COCCEII

GRAND-CHANCELIER DE SA MAJESTE
LE ROI DE PRUSSE

MINISTRE ACTUEL PRIVE D'ETAT
ET DE GUERRE,

CHEVALIER DE L'ORDRE DE L'AIGLE NOIRE,

CHEF-PRESIDENT DES AFFAIRES DE JUSTICE ET
DE TOUS LES TRIBUNAUX ECCLESIASTIQUES
ET SECULIERS,

PREMIER CURATEUR DE TOUTES LES UNIVERSITES ROYALES

SEIGNEUR DE WUSECKEN, KLEIST,
REPKAU, LAAS ETC.

Digitized by Google

MONSEIGNEUR,

L*a Generoſité & la Clemence de* VOTRE EXCELLENCE *connuës à tout le monde, ſont la raiſon principale, qui m'a rendu aſſez hardi, que j'oſe dedier,*

Digitized by Google

dedier à UN NOM SI ILLUSTRE *ce petit & leger écrit; mais outre cela il y a encore d'autres motifs, qui m'ont incité à cette hardieſſe: car je m'efforce d'égaler mon pere en la veritable veneration qu'il a pour* VOTRE EXCELLENCE: *& puisque je revere* VOTRE ILLUSTRE PERSONNE *comme un grand Reſtaurateur de la juſtice ſoupirante ſous le fardeau de l'iniquité, je crois, ne pouvoir exprimer plus vivement la grandeur de ma reverence, qu'en l'èterniſant par la preſſe. Je n'entre plus outre dans les louanges de* VOTRE EXCELLENCE, *ſachant, que tous ce que je puis dire, ſeroit beau-*

coup

coup au deſſous de VOS *merites: mais je ſouhaite plutôt d'un coeur ſincere, que* L'ETRE IMMORTEL *garde & conſerve* VOTRE EXCELLENCE *dans l'état le plus heureux, afinque j'aye encore long tems le bonheur de pouvoir prouver que je ſois avec le plus profond reſpect*

DE VOTRE EXCELLENCE

le très humble & très obeiſſant ſerviteur

L'AUTEUR.

Digitized by Google

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

DE

SVCCESSIONE IN EXSPECTATIVAM FEVDALEM.

CAPVT I.

DE

SVCCESSIONE IN EXSPECTATIVAM FEVDALEM IN GENERE.

§. I.

Exſpectativa feudalis eſt ius a ſolo domino feudi acquiſitum, aliorum dominio utili feudi extincto, illud acquirendi.

Plane ſuperfluum eſſet hic repetere ſatis notam, & in omnibus compendiis obviam exſpectativæ feudalis definitionem, niſi hac voce utantur DD. iuris feudalis in vario ſignificatu. Alii enim exſpectativæ feudalis vocem ſumunt pro actu ipſo, veluti pacto, per quod conſti-

Digitized by Google

conſtituitur; alii pro litteris exſpectativæ conceſſionem deſcribentibus; alii denique pro iure. Determinandum itaque erat, in quo ſignificatu ego hic hac voce utar. Quod vero per exſpectativam ius intelligam ideo factum, quoniam non ſolum in genere hic ſignificatus eſt optimus: ſed & in ſpecie pro ſubſtrata materia alius ſignificatus admitti nequeat.

§. II.

Succedere in exſpectativam feudalem dicitur, qui acquirit eam, mortuo eo, qui eam hactenus habuit, per eum qui mortuus eſt.

Succeſſio circa feuda obveniens maxime differt pro obiecti ſucceſſionis diverſitate. Alia eſt ſucceſſio *in feudum ipſum;* alia eſt ſucceſſio *in ſimultaneam inveſtituram;* alia eſt ſucceſſio *in ius acquirendi dominium feudi utile, ſi feudum erit apertum*, quorſum pertinet ſucceſſio in exſpectativam feudalem; ſucceſſio in ius, ex pacto ſucceſſorio circa feudum inito, acquiſitum, &c. Succeſſio in feudum ipſum vero iterum duplex eſt, cum alia ſit ſucceſſio *in feudi* pro re ſumti *dominium directum;* alia in *feudi dominium utile:* cum e contra aliæ ſucceſſiones circa feuda obvenientes ſemper dominium utile feudi reſpiciant. Aſt tamen prout diſtinguendum eſt inter ſucceſſionem in ipſam ſimultaneam inveſtituram, & ſucceſſionem ſimultanee inveſtitorum in feudum: ita eodem modo inter ſucceſſionem in ipſam exſpectativam feudalem, & ſucceſſionem exſpectativariorum in feudum diſtinguendum eſt. Variæ hæ recenſitæ ſucceſſionis ſpecies ſunt itaque a ſe invicem diſtinguen-

guendæ, & a ſe invicem ſeparandæ, quod vulgo in compendiis iuris feudalis non fieri dolendum. Ego vero iam nec de ſucceſſione in feudum ipſum, quæ ſatis nota eſt; nec de ſucceſſione in ſimultaneam inveſtituram, de quo argumento iam exſtat elegans Diſſert. WERNHERI, aut eorum in feudum ſucceſſione, quod argumentum etiam idem WERNHERVS in ſpeciali Diſſ. iam pertractavit; nec de exſpectativariorum in feudum ſucceſſione, quorſum tendit THEOD. BERGERI Diſſ. *de ſucceſſione in feudum apertum exſpectantia promiſſum*, Marb. 1736. habita: ſed potius tantum de ſucceſſione in exſpectativam feudalem agere decrevi. Nemo enim, quantum ego recordor, hanc materiam in peculiari quodam ſcripto ſibi ſumſit enucleandam, & tamen eam mereri ſpecialem pertractationem, ex ſequentibus patebit.

§. III.

Ex data definitione ſucceſſionis in exſpectativam feudalem ſtatim per ſe patet, *quod, ſi in ſucceſſorem tranſit anteceſſoris, qui exſpectativam conceſſit, obligatio ex exſpectativa eius, ſucceſſorem in exſpectativam feudalem ſuccedere, dici haud poſſit.*

Vel ideo hoc monendum eſſe cenſeo, ut eo magis determinetur ipſum thema de quo ſcribo. Poſſet enim dici ſucceſſionem in exſpectativam feudalem eſſe duplicem, aliam ratione ſubiecti concedentis, aliam ratione ſubiecti accipientis: cum aliud ſit, ſuccedere in obligationem exſpectativæ, pro iure ſumtæ, reſpondentem, aliud in ipſam exſpectativam. Aſt cum do-

ctrina de ſucceſſione in ipſam exſpectativam tam fœcunda ſit, ut vix tempus ſufficiat omnia, quæ huc pertinent, pro dignitate pertractandi, de ea tantum hic eſt agendum. Vt taceam, doctrinam de ſucceſſione in obligationem concedentis ex pectativam, ſeu, quod idem eſt, de obligatione ſucceſſoris ex exſpectativa antecesſoris IOAN. IAC. LANGIVM haud ita pridem ſub præſidio Ill. GEORG. LVDOV. BOEHMERI in arenam diſputatoriam produxiſſe.

§. IV.

Prout ſucceſſio in feudum ipſum triplex eſt, ita & ſucceſſio in exſpectativam feudalem triplex eſt: nimirum vel *legitima*, vel *teſtamentaria*, vel *pactitia*.

Quod attinet teſtamentariam & pactitiam ſucceſſionem in exſpectativam feudalem, plura de his ſpeciebus addere nolo, cum vulgaria & trita ſint, quæ de iis dici poſſent. Quoties itaque in ſequentibus de ſucceſſione loquor ſemper legitima eſt intelligenda.

§. V.

Abſolutis itaque iis, quæ ad meliorem rubri huius diſſertationis intellectum monenda eſſe duxi; iam adhuc quædam alia generalia præmittenda, quæ ſequentibus intelligendis & demonſtrandis inſervient, nec tamen hic ſupponi poſſunt. Pertinent vero huc præſertim nonnullæ diviſiones exſpectativæ feudalis, præter vulgares & ſatis notas diviſiones.

§. VI.

Ad tales diviſiones refero I) exſpectativæ feudalis diviſionem in perſonalem & realem. Videlicet per

Digitized by Google

per ſe patet exſpectativam feudalem vel ita concedi poſſe uni vel pluribus, ut cum perſona extinguatur, vel non. In priori caſu dicitur *perſonalis*, in poſteriori vero *realis*.

Pone exſpectativam eſſe conceſſam ſub hac clauſula: *begnaden auch ihn ſowohl als ſeine Leibes-Lehns-Erben mit berührten Anfall &c.* tunc exſpectativa eſſet realis. Pone vero exſpectativam ea lege datam eſſe: *daß wenn ſich die Eröffnung bey des erſten exſpectativarii oder deſſen Söhne leben nicht begiebet, alsdenn ſolche Exſpectanz weiter nicht gültig ſeyn ſolle*, tunc exſpectativa eſſet perſonalis. Non enim præciſe requiritur exſpectativam perſonalem ad unum individuum humanum reſtringi, ſed ſufficit quod ſemper cum eius, cui conceſſa, perſona extinguatur.

§. VII.

In dubio potius præſumendum eſt exſpectativam realem quam perſonalem eſſe. In exſpectativis feudalibus enim perſonæ induſtria non eligitur, & cum ſpes aperturæ longinquior, plerumque inutiles forent, niſi ad heredes transirent, exſpectativæ feudales. Quæ cum ita ſint, omnino magis probabile eſt, exſpectativam conceſſam realem quam perſonalem eſſe, hincque prius potius quam poſterius eſt præſumendum.

Et ita mecum ſentiunt v.c. WOLFF *in Elem. Iur. Feud. C.7. ʃ.16.* BORN. *de exſpectativa ʃ.11.* Licet vero primo intuitu videatur, hanc propoſitionem eſſe reſtringendam ad exſpectativas conventionales, ſicque legatam exſpecta-

ſpectativam eſſe excipiendam, quoniam conditionem continere videtur hoc legatum, legata conditionalia vero, conditione nondum exiſtente, ad heredes legatarii non transeunt: ex ſequentibus tamen patebit, legatam exſpectativam in heredes transire, prout conventionalis in eos tranſit, hincque non opus eſt hac reſtrictione.

§. VIII.

Ad exſpectativæ feudalis diviſiones, de quibus hic agendum, pertinet II.) diviſio exſpectativæ in *novam & antiquam*. Eodem ſenſu vero, quo ipſum feudum in novum & antiquum dividitur, etiam exſpectativa feudalis in novam & antiquam dividitur.

§. IX.

Pertinet huc III.) ea exſpectativæ feudalis diuiſio, quod alia ſit *precaria*, alia *non:* prout eſt vel revocabile, vel irrevocabile ius.

Aliter quidem quoad verba, aſt tamen quoad rem ipſam eodem modo, exſpectativam precariam definit Ill. GEORG. LVDOV. BOEHMERVS in Tract. *de indole & natura exſpectativæ & inveſtituræ feudalis* §. XIX. dum ait: *exſpectativa precario indulgetur dum ſub facultate eamdem revocandi, ſeu quamdiu concedenti placuerit conceditur.* An vero ſuppoſita hac genuina notione, genuina exempla exſpectativæ precariæ ſint, quæ ex LÜNIGIO ibi produxit in medium, videant alii.

§. X.

Quæſtio: An? in ſucceſſione in exſpectativam feudalem eſt ea, qua quæritur, utrum in genere ſucceſſio

ceſſio in exſpectativam feudalem locum habeat, vel non: *Quæſtio: Quomodo? in hac ſucceſſione*, eſt ea, qua quæritur qui ſuccedat, & quis ſuccedendi ordo locum habeat: *Quæſtio: Quamdiu?* vero eſt ea, qua quæritur, quamdiu duret ius ſuccedendi in exſpectativam feudalem.

§. XI.

Tota doctrina de ſucceſſione in exſpectativam feudalem redit ad hæc ſumma capita: Quæſtionem An? Quomodo? & Quamdiu? in hac ſucceſſione. Id quod per inductionem per ſe patet.

Meum itaque erit, eo cogitationes meas dirigere, ut hæc ſumma capita diſtincte evolvantur, hincque in Cap. II. de quæſtione: An? in Cap. III. de quæſtione: Quomodo? & in Cap. IV. de quæſtione: Quamdiu? erit agendum.

CAPVT II.

DE QVÆSTIONE: AN? IN HAC SVCCESSIONE.

§. XII.

Cum hic, dum de quæſtione: An? ago, definiendum ſit, utrum in genere ſucceſſio locum habeat in exſpectativam feudalem, & ad hanc, pro iurium diverſitate, diverſo modo reſpondendum ſit: de ea ſecundum ius feudale *naturale, germanicum, & longobardicum* agendum eſt, tumque, quid hodie in foro obtineat, addendum.

Digitized by Google

§. XIII.

Secundum ius feudale naturale, ſi exſpectativa realis eſt, ſucceſſio in eam locum habet: ſi vero eſt perſonalis, ſucceſſio in eam non habet locum. Cum iuris feudalis naturalis ſit, dominum feudi poſſe de dominio utili in caſum, quo feudum erit apertum, diſponere: prout is diſponit, ita ius eſſe debet. Quod vero dominus, dum exſpectativam feudalem concedit, de dominio feudi utili in caſum, quo feudum erit apertum, diſponat; & is velit, ſi exſpectativa eſt realis, eam ad ſucceſſores transire, non vero ſi eſt perſonalis, ex ipſis definitionibus patet; hincque ſine ulteriori demonſtratione conſtat, de veritate propoſitionis demonſtrandæ.

Vix quidem metuo hodie adhuc quemquam de iuſtitia exſpectativarum litem eſſe moturum, hincque exſpectativas non eſſe iuris naturalis, defenſurum. Hic vero praeter ſpem forſan errantem meliora docebit ENGELHART *in ſpecimine iuris feudalis naturalis ſ. 68.*

§. XIV.

Secundum ius feudale germanicum antiquum ſucceſſio in exſpectativam feudalem non habuit locum: ſed potius mortuo exſpectativario exſpirabat ipſa exſpectativa feudalis; prout etiam, ſi mortuo vaſallo aderat ſucceſſor feudalis legitimus, ea ſtatim exſpirabat.

Ius Feud. Alemannicum Cap. 127.

Stirbt ain man an der weyl Si vaſallus moritur uxore

ſo præ-

ſo ſeyn weib chind tregt, und hat er ſein leben ainem mann gedingt mit des Herren willen und iſt dew fraw des chinds nicht geneſen, der man ſol ſich mit Recht des gutz underwinden pis das dew fraw des chinds geniſt, und iſt es ain ſun, ſo iſt das gedinge tzerbrochen ob es lebendig gebohren iſt.

prægnante, & conceſſa exſpectativa alteri cum Domini conſenſu, uxor autem nondum peperit, poteſt Vaſallus (expectans) iure ſuo fundum occupare donec vidua pepererit, quæ ſi filium pariat, *rupta eſt exſpectativa*, ſiquidem vivum peperit.

Sächſiſches Lehn-Recht C. v.

Zween Mannen mag der Herr ein gut lihen, alſo daz ein die gewere dar an habe und der andere daz gedinge ob der ahne Lehnerbe ſterbe der daz gut ingeweren hat. Amme Gedinge en iſt nicht ein folge leit ez ouch jene der ez in gewern hat daz gedinge iſt gebrochen, ez en ſie dat erz wieder entpha der ez gelazen hat und daran erſterbe.

Ius Feud. Saxon. Lat. C. VII.

Dominus poteſt duobus ſolum feudum conferre uni poſſeſſionem & alteri exſpectationem quæ dicitur conventio: ſi moriatur abſque herede feudali poſſeſſor. *In exſpectatione non eſt ſucceſſor*, ſi etiam ſponte reſignet poſſeſſionem, & exſpectativa annullatur, niſi iterum recipiat reſignatum & in poſſeſſione decedat.

Sächſiſch. Lehn-Recht C. xx.

Wann der ſon nach des Vaters tode lebet alſo lange daz

Ius Feud. Saxon. Lat. C. xv.

Cum vixerit filius tamdiu quod vox ipſius audiri poſ-

Digitized by Google

man ſine ſtimme geboren mac in vir Wenden des Huſes ſo iſt er beerwet mit ſines vaters lene und bat ez gevernet allen die ez gedinge daran batten.

ſit in 4 parietes domus, ipſe hæredebat bona patris. Filius qui moritur ante patrem non eſt hæres feudalis, quia feudum non hæredat, & ideo non infringit alicui feudum de futuro in bonis patris.

Sächſiſches Lehn-Recht C. XI.

Welcb gut ein man in ſienen geweren nicht en bat und ime nicht beweiſet iſt deme enmac ber nicht gevolgen a einen andern Herren noch erben an ſinen ſone.

Ius Feud. Sax. Lat. C. XI.

Feudum quod *non babet vaſallus in poſſeſſione* nec ſibi a Domino eſt oſtenſum, hoc non poteſt ſequi ad alium dominium *nec ſuo filio hæredare.*

Hi textus id quidem ſatis evidenter probant, quod exſpectativa exſtinguatur ſi vaſallus poſſeſſor moritur, relicto herede feudali legitimo. Quod vero nec transeat exſpectativa in heredes exſpectativarii, id quidem textus ex iure feudali Saxonico allegati itidem evidenter ſatis probant, & praeſertim ex alleg. *Cap. XI. Iur. Feud. Saxon.* patet: cum quotiescunque Ius Feud. Saxonicum loquitur de feudo ſine poſſeſſione, *Lehn ohne Gewehr,* hoc intelligendum ſit de exſpectativa, *dem Gedinge;* ſicque & hic textus de exſpectativa intelligendus ſit, per ea, quæ habet HARTM. PISTOR. in *Quæſt. Iur. Part.* 2. *Quæſt* 25. *num.* 33. *ſeqq.* Aſt nec in *Iure feudali Alemannico,* nec in *Auctore vetere de Beneficiis* occurrit textus diſer-

diſertis verbis hoc probans. Ideo tamen nullus dubito defendere, non apud antiquos Saxones ſolum, ſed potius per totam Germaniam, olim in exſpectativam locum non habuiſſe ſucceſſionem, vel, quod idem eſt, omnes exſpectativas fuiſſe olim perſonales. Non ſolum enim in omnibus textibus, in collectionibus conſuetudinum feudalium veterum Germanorum obviis, qui agunt de exſpectativa, nunquam heredum exſpectativarii fit mentio; ſed &, cum ipſa feuda olim non eſſent hereditaria, nec exſpectativas fuiſſe hereditarias, quam maxime probabile eſt. Licet vero poſtea feuda ipſa hereditaria facta ſint, tamen probabile eſt, cum primum quoad deſcendentes tantum, non vero ſimul quoad collaterales, ipſa feuda hæreditaria facta ſint, quoad exſpectativas antiquam conſuetudinem adhuc aliquantiſper in obſervantia manſiſſe. Accedit quod, quantum mihi quidem conſtat, non occurrant ante Sec. XIII. litteræ exſpectativæ, in quibus ſimul heredibus proſpectum: cum tamen recentioris ævi litteræ exſpectativæ heredum exſpectativarii mentionem iniicere ſoleant. Immo, & hoc confirmat meam ſententiam, quod in antiquis chartis ſæpius conditio, quæ exſpectativæ ineſt, his verbis expreſſa legatur: *ſi ſine herede filio, quod Deus avertat, ipſum* (nimirum vaſallum poſſeſſorem) *PRÆMORI contigerit.* Vide e.g. formulam litterarum exſpectativæ ſuper exſpectativa a FRIDERICO II. Imp. HENRICO Miſniæ Marchioni datarum apud WECKIUM *in der Beſchreibung der Stadt Dresden p.154.*

Digitized by Google

Quod exſpectativæ feudales olim & apud veteres Germanos fuerint incognitæ plane, ut putat SCHILTERVS *in iure feud. Alem.* C. XII §. 11. eſt dudum iam ab aliis exploſa fabula. Conf. BOEHMERI Tract *de natura & indole exſpectativæ feudalis* § IX. MASCOVII Diſſ. *de exſpectativis in feuda imperii* §. XIV.

§. XV.

Secundum ius feudale longobardicum idem valet quoad quæſtionem: An? in ſucceſſione in exſpectativam feudalem, quod ſecundum ius feudale naturale valere §. XIII. dictum. Ait enim Feudiſta *I. Feud. I.* „Si quis inveſtitus fuerit de alieno feudo poſt mortem eius, vel ſi quis fuerit inveſtitus ſub conditione aliqua, vel tempore, quo nullus erat inveſtitus, ſive præmoriatur tenens feudum, ſive inveſtitor, ſive inveſtitus: inveſtitor & inveſtitoris heredes tenentur inveſtito, vel HEREDI EIVS, veniente tempore vel conditione: licet alii dicant, ſi moriatur inveſtitus antequam tenens feudum, vel ante conditionem exiſtentem, vel ante tempus, quod heredes eius non debeant inveſtiri. „ Hic textus ſatis claris verbis probat, exſpectativam feudalem tranſire in heredes. Licet vero generalibus verbis hic textus ſit conceptus: nemo tamen, cui mens ſana in corpore ſano eſt, negabit, hic ſupponi caſum, quo, quod ordinarium eſt, & de quo leges tantum loqui ſolent, exſpectativa, quæ conceſſa, realis eſt, & neutiquam eum ad exſpectativas perſonales eſt extendendum. Patet itaque quoad quæſtionem: An? in ſucceſſione in exſpectativam feudalem, nullam

eſſe

eſſe inter ius feudale naturale & Longobardicum differentiam: ſed potius etiam ſecundum ius feudale Longobardicum, ſi exſpectativa realis eſt, ſucceſſionem in eam locum habere, non vero ſi eſt perſonalis. Conf. BITSCHIVS *in Comment. ad Conſuet. feud. p.* 117.

§. XVI.

Hodie in Germania, ne quidem ipſa Saxonia excepta, ſi exſpectativa realis eſt, in eam ſucceſſio locum habet: non vero ſi eſt perſonalis. Ita enim in iure feudali longobardico conſtitutum eſt (§. XV.), quod in colliſione cum iure feudali germanico veteri, ei præferendum eſt, niſi probari poſſit, adhuc poſt recetum ius feudale longobardicum in obſervantia manſiſſe. Tantum vero abeſt, ut hoc probari poſſit, ut potius teſtentur practici, in ipſa Saxonia antiquum Ius Saxonicum quoad hunc paſſum non amplius in uſu eſſe, veluti CARPZ. *in Iurispr. for. P. II. Conſt.* 45. *Def.* 9. HARTM. PISTOR. *Quæſt. iur. Lib. II. Quæſt. XXV.* BERLICH. *Part. II. Concl.* 54. *n.* 37. & 38. STRVV. *Synt. iur. feud. C. VII. Theſ.* 8. *n.* 1. HORN. *Iurispr. feudalis C. XII. §.* 17.

§. XVII.

In dubio hodie in Germania præſumendum eſt ubique exſpectativam ad heredes transire, ſeu, quod idem eſt, ſucceſſionem in eam locum habere. Præſumendum eſt enim exſpectativam eſſe realem (§. VII.): ſi vero realis eſt, in eam hodie in Germania ſucceſſio locum habet (*§. præced.*).

§. XVIII.

§. XVIII.

Si exſpectativa realis eſt, licet ſit precaria: tamen ideo, quoniam precaria eſt, non ceſſat ſucceſſio in eam. Licet enim, ſi exſpectativa precaria eſt, ius exſpectativarii ſit ius revocabile (§. IX.): revocabilitas iuris tamen per ſe non efficit illud non poſſe tranſire in heredes; hincque nec ideo, quoniam exſpectativa eſt precaria, ſi modo realis ſit, ceſſat ſucceſſio in eam.

§. XIX.

Si exſpectativa realis eſt, licet ſit legata, tamen ſucceſſio in eam locum habet. Licet enim conditionalia legata non transmittantur in heredes: tamen, ſi exſpectativa legatur, proprie dici nequit legatum eſſe conditionale: cum exſpectativa pure legetur, licet dominium utile exſpectativarius demum, ſi feudum apertum fuerit, acquirat; immo, ſi etiam ineſſet conditio huic legato, ea tamen tacita eſſet. Iam vero conſtat legata pura ad heredes tranſire, &, licet inſit legato conditio tacita: eam tamen non impedire transmiſſionem in heredes; hincque, ſi modo exſpectativa realis ſit, licet ſit legata, tamen ad heredes transit, & ſucceſſio in eam locum habet.

Cum quoad alias ſpecies exſpectativæ feudalis, præter precariam & legatam, nulla adſit dubitandi ratio eas ad heredes transire: de iis nihil addendum. Si itaque exſpectativa eſt realis, tum quoad quæſtionem: An? ratione ſucceſſionis nil intereſt ſive ea ſit nova, ſive antiqua, ſive determinata, ſive indeterminata &c. Ceterum

quoad

quoad ea, quæ de legata exſpectativa dicta ſunt, videſis HORNIVM *in Iure Feud. C. XII. §. 17.*

CAPVT III.
DE QVÆSTIONE: QVOMODO? IN HAC SVCCESSIONE.

§. XX.

Quum quæſtio: Quomodo? in ſucceſſione in exſpectativam feudalem ſit ea, qua quæritur, quis ſuccedat, & quis ſucceſſionis ordo ſit obſervandus (§. X.); per ſe patet in hoc capite omnia eo redire, ut 1) *quis ſuccedere poſſit in exſpectativam feudalem, & 2) quis ſucceſſionis ordo ſit obſervandus,* determinetur. De utroque hoc themate itaque iam agendum eſt, præmiſſo principio generali, ex quo ſequentia fluunt.

§. XXI.

Licet exſpectativa feudalis per ſe non ſit verum feudum: tamen, quid iuſtum ſit circa ſucceſſionem in exſpectativam feudalem quoad quæſtionem: Quomodo? magis ex principiis de ſucceſſione feudali, quam ex principiis de ſucceſſione allodiali, eſt definiendum. Cum enim exſpectativa feudalis, licet ſit res quædam incorporalis, quæ infeudari poſſet, per ſe conſiderata tamen non ſit res infeudata quicquid vero non infeudatum, id nec verum feudum ſit, ne exſpectativa feudalis verum feudum eſt. *Quod erat primum.*

C Quo-

Quoniam tamen exſpectativa feudalis pro obiecto habet feudum, pro ſubiecto accipiente futurum vaſallum, ac pro fine ſucceſſionem in feudo; prout ex ipſa exſpectativæ feudalis §. I. data definitione patet: ſufficiens adeſt, ſi quid video, ratio, ut, quid iuſtum ſit circa quæſtionem: Quomodo? in ſucceſſione in exſpectativam feudalem, potius ex principiis de ſucceſſione feudali, quam ex principiis de ſucceſſione allodiali, definiatur. *Quod erat ſecundum.*

Licet itaque cum HELFFRICHIO in Diſſ. *ſiſtente caſus potiores extinctæ exſpectativæ feudalis* §. 23. defendere non audeam, exſpectativas feudales eſſe qualitate feudali præditas; eatenus tamen eius ſententiam admitto, quod in determinanda ſucceſſione, magis pro feudis, quam allodiis ſint habendæ.

§. XXII.

In exſpectativam feudalem in genere nemo ſuccedere poteſt, quam is, qui in genere in feuda ſuccedere poteſt. Per exſpectativam enim acquiritur ius aliquando ſuccedendi in feudum, & hæc eſt unica, quæ ex exſpectativa oriatur, utilitas. Qui itaque ad ſucceſſionem in feuda non eſt habilis, eum in exſpectativam ſuccedere poſſe abſurdum eſſet; cum ius acquireret, quo uti nunquam poſſet, tendensque in utilitatem, qua nunquam frui poſſet.

Licet itaque, quod tamen hodie fieri non ſolet, in exſpectativæ conceſſione heredum feudalium legitimorum nulla facta ſit mentio; immo licet ſimpliciter heredum

redum facta ſit mentio: tamen non indiſtincte omnes heredes defuncti exſpectativarii ad ſucceſſionem in exſpectativam feudalem admitti poſſunt. Conf. TITII *teutſches Lehn-Recht* C. 13. §. 22.

§. XXIII.

Si exſpectativa feudalis eſt exſpectativa determinata: in ſpecie non niſi ii ſuccedere poſſunt in exſpectativam talem, qui ſuccedere poſſunt in ipſum feudum, in quod exſpectativa data eſt. Cum demonſtratio in *§. praec.* data & hic applicari poſſit, eam repetere nolo.

Sit itaque feudum maſculinum: tum in exſpectativam feudalem, hoc feudum reſpicientem, nonniſi maſculi ſuccedere poſſunt. Ceterum per ſe facile patet, cur haec propoſitio ad exſpectativam determinatam ſit reſtricta. Si enim exſpectativa eſt indeterminata, ſicque nullum adeſt certum feudum: nec in ſpecie ad qualitates ſucceſſorum feudalium in certo feudo eſt reſpiciendum.

§. XXIV.

Si feudum, in quod exſpectativa data, tale eſt, ut, per modum exceptionis a regula, in illo ſuccedere poſſint, qui in regula non ſunt ſucceſſores feudales habiles: ideo tamen in exſpectativam, in tale feudum datam, iidem ſuccedere nequeunt. Diverſas ſucceſſionis ſpecies eſſe, ſucceſſionem in feudum, & ſucceſſionem in exſpectativam feudalem, quilibet fatebitur. (*vid. not. ad §. II.*) Nec adeſt fundamentum, ex quo defendi poſſit, a ſucceſſione in feudum exſpectantia

promiſſum, ad ſucceſſionem in ipſam exſpectativam argumentari licere. Non poſſum itaque non quin pro vera habeam propoſitionem demonſtrandam.

Nec dici poteſt præſumendum eſſe, eosdem ad ſucceſſionem in exſpectativam eſſe admittendos, qui ad ſucceſſionem in feudum ipſum, in quod exſpectativa data, admittuntur. Nam admiſſo eo, quod extraordinarium eſt, in ſucceſſione in feudum, non præſumendum eſt, ideo, quod extraordinarium eſt, etiam admittere voluiſſe exſpectativam concedentem & acquirentem in ſucceſſione in exſpectativam. Stat potius ſemper præſumtio pro eo, quod ordinarium eſt: cur itaque nec hic pro eo, quod ordinarium eſt, præſumtio ſtare debeat, non video. Ceterum monendum eſt, quod, quæ dicta ſunt de habilitate ſucceſſorum in exſpectativam, habilitatem abſolutam concernant: iam itaque etiam de habilitate reſpectiva, habito nimirum reſpectu eius, cui ſuccedendum, eſt agendum.

§. XXV.

In exſpectativam feudalem tantum defuncti ſucceſſores feudales ſuccedere poſſunt, & omnes qui defuncto non poſſunt in feudo ſuccedere, nec poſſunt ſuccedere in eius exſpectativam feudalem. Ex ipſa definitione exſpectativæ feudalis patet eam concernere ſucceſſionem feudalem, & determinare eventualem ſucceſſorem in feudi dominium utile (§. 1.); licet ſucceſſio in exſpectativam feudalem a ſucceſſione in feudi dominium utile omnino differat. (*not. ad §. 2.*) At enimvero in ſucceſſionibus, quæ etiam tantum concer-

concernunt ſucceſſionem in feuda, magis tamen probabile eſt potius ſucceſſionem feudalem approbatam eſſe, quam allodialem: ea vero approbata, in eius exſpectativam feudalem, nonniſi defuncti ſucceſſores feudales ſuccedere poſſunt; hincque omnes, qui defuncto non poſſunt ſuccedere in feudo, nec poſſunt ſuccedere in eius exſpectativam feudalem.

Poteſt hæc propoſitio etiam hoc modo demonſtrari. In ſimultaneam inveſtituram non niſi defuncti ſucceſſores feudales ſuccedere poſſunt. A ſucceſſione in ſimultaneam inveſtituram vero licet argumentari ad ſucceſſionem in exſpectativam feudalem; hincque & idem in hac ſucceſſione iuris eſſe debet.

Poteſt tandem etiam hæc propoſitio breviter ex principio §. XXI. ſtabilito demonſtrari. Si enim ſucceſſio in exſpectativam feudalem ex principiis de ſucceſſione feudali eſt definienda; ſequitur omnino, non niſi defuncti ſucceſſores feudales ſuccedere in eam poſſe.

Deſunt, fateor, leges probantes: deeſt, fateor, auctoritas DD. nec nego ipſas demonſtrationes vix ſufficere videri, ad ſtabiliendam theſin, quam defendo. Quod enim *primo* attinet leges in textu *I. Feud. 9.* non niſi generaliter heredum exſpectativarii fit mentio. Quid vero in hoc textu *heredis* vox denotet, in eo DD. non conveniunt, & ſunt qui putant ſolos filios hic ſub heredis nomine venire, veluti HARTM. PISTOR. *Lib. 2. Quæſt. 26. n. 21.* quem ſequitur STRVVIVS *in Syntagm. iur. feud. Cap. 7. Aph. 9. n. 12.* Recte vero iam monuit

RHETIVS *in Comm. in Ius Feud. ad I. Feud. 3. n. 10.* in hoc textu & in noſtro textu *I. Feud. 9. nomine heredis omnem ſucceſſorem intelligi, qui adminiculo defuncti ad ſuccedendum utitur, vel per defunctum ad ſucceſſionem adſpirat, ſive maſculus ſit, ſive femina, cui per pactum proſpectum, vel feudi qualitas admittit.* Quæ licet ita ſint, hic tex us tamen non probat præciſe eos tantum heredes intelligendos eſſe, qui poſſunt ſuccedere in feuda. Quod attinet *ſecundo* DD. auctoritatem, multi quidem allegari poſſunt DD. qui exſpectativam in heredes tranſire defendunt, ad quos præter eos quos iam ſupra §. XVI. nominavi pertinent MAIER in *Comment. ad Ius feud. commune Cap. 3. §. 7. num. 4.* STRYK. in Diſſ. *de exſpectativis Cap. V. n. 30.* KOCH in Tr. *de exſpectativis Cap. I. §. 14.* Sed ſi quæris, qui ex heredibus in exſpectativam ſuccedant, altum eſt ſilentium. Vnicus fere TITIVS determinat, qui heredes ſint admittendi, licet non probet ſuum aſſertum. Ait enim, dum de exſpectativa loquitur, *in dem teutſchen Lehn-Recht Cap. 13. §. 22. Indeſſen wird doch ſolch Recht, nach der gemeinen menſchlichen Neigung auch auf die Erben verſendet - - - ordentlicher weiſe aber ſind nur Lehns-Erben zu verſtehen, dahero werden nicht allein Weibesperſonen, ſondern auch des Warters Eltern und Seiten Verwandten ausgeſchloſſen.* Quod vero attinet *tertio* demonſtrationes huius propoſitiones, prima ideo non ſatis firma videtur, quoniam principium illud, quod magis probabile ſit approbatam eſſe in ſucceſſionibus, quæ etiam non niſi per indirectum ſucceſſionem in feuda reſpiciunt, ſucceſſionem feudalem, ſine ulteriori demon-

demonſtratione tanquam verum adſumo. Aſt cum deſint adhuc principia, ex quibus demonſtrari poſſit, quid altero magis probabile ſit, hic fuit ſubſiſtendum. Quod vero attinet ſecundam demonſtrationem, ex magna ſimilitudine, quæ eſt inter ius ſimultaneæ inveſtituræ & exſpectativam, quæ in eo conſiſtit, quod utrumque ius a domino ſit, utrumque concernat eventualem in feudi utile dominium ſucceſſionem, patet veritas eius principii, quo in ipſa demonſtratione utor: quod nimirum a ſucceſſione in ius ſimultaneæ inveſtituræ, argumentari liceat ad ſucceſſionem in exſpectativam feudalem. Quod vero & alterum principium, quo utor in hac demonſtratione, verum ſit: quod nimirum in ius ſimultaneæ inveſtituræ non niſi ſucceſſores feudales defuncti ſuccedant, ex iis patet, quæ de ſucceſſione in ſimultaneam inveſtituram docuit WERNHERUS in Diſſ. *de ſucceſſione in ſimultaneam inveſtituram.* Aſt ſi etiam hæ demonſtrationes non ſufficiunt, ſufficiet tamen tertia, quam adieci.

§. XXVI.

Si ad ſucceſſionem in defuncti feuda, per modum exceptionis a regula, ſucceſſores admittuntur, qui in genere non ſunt ſucceſſores feudales habiles, hi ideo in eius exſpectativam feudalem ſuccedere nequeunt. Eadem demonſtratio, quæ iam ſupra (§. XXIV.) data, & hic mutatis mutandis locum habet.

Pone e. g. feudum exſpectativæ oneri ſubiectum eſſe maſculinum, etiam feminas vero in ultimo defuncti exſpectativarii feuda ſuccedere poſſe: ideo tamen in hanc exſpectativam feminæ ſuccedere nequeunt.

§. XXVII.

Digitized by Google

§. XIII.

Secundum ius feudale naturale, ſi exſpectativa realis eſt, ſucceſſio in eam locum habet: ſi vero eſt perſonalis, ſucceſſio in eam non habet locum. Cum iuris feudalis naturalis ſit, dominum feudi poſſe de dominio utili in caſum, quo feudum erit apertum, diſponere: prout is diſponit, ita ius eſſe debet. Quod vero dominus, dum exſpectativam feudalem concedit, de dominio feudi utili in caſum, quo feudum erit apertum, diſponat; & is velit, ſi exſpectativa eſt realis, eam ad ſucceſſores transire, non vero ſi eſt perſonalis, ex ipſis definitionibus patet; hincque ſine ulteriori demonſtratione conſtat, de veritate propoſitionis demonſtrandæ.

Vix quidem metuo hodie adhuc quemquam de iuſtitia exſpectativarnm litem eſſe moturum, hincque exſpectativas non eſſe iuris naturalis, defenſurum. Hic vero praeter ſpem forſan errantem meliora docebit ENGELHART *in ſpecimine iuris feudalis naturalis ſ. 68.*

§. XIV.

Secundum ius feudale germanicum antiquum ſucceſſio in exſpectativam feudalem non habuit locum: ſed potius mortuo exſpectativario exſpirabat ipſa exſpectativa feudalis; prout etiam, ſi mortuo vaſallo aderat ſucceſſor feudalis legitimus, ea ſtatim exſpirabat.

Ius Feud. Alemannicum Cap. 127.

Stirbt ain man an der weyl ſo Si vaſallus moritur uxore præ-

ſo ſeyn weib chind tregt, und hat er ſein leben ainem mann gedingt mit des Herren willen und iſt dew fraw des chinds nicht geneſen, der man ſol ſich mit Recht des gutz underwinden pis das dew fraw des chinds geniſt, und iſt es ain ſun, ſo iſt das gedinge tzerbrochen ob es lebendig gebohren iſt.

prægnante, & conceſſa exſpectativa alteri cum Domini conſenſu, uxor autem nondum peperit, poteſt Vaſallus (expectans) iure ſuo fundum occupare donec vidua pepererit, quæ ſi filium pariat, *rupta eſt exſpectativa*, ſiquidem vivum peperit.

Sächſiſches Lehn-Recht C. v.

Zween Mannen mag der Herr ein gut lihen, alſo daz ein die gewere dar an habe und der andere daz gedinge ob der ahne Lehnerbe ſterbe der daz gut ingeweren hat. Amme Gedinge en iſt nicht ein folge leit ez ouch jene der ez in gewern hat daz gedinge iſt gebrochen, ez en ſie dat erz wieder entpha der ez gelazen hat und daran erſterbe.

Ius Feud. Saxon. Lat. C. vii.

Dominus poteſt duobus ſolum feudum conferre uni poſſeſſionem & alteri exſpectationem quæ dicitur conventio: ſi moriatur abſque herede feudali poſſeſſor. *In exſpectatione non eſt ſucceſſor*, ſi etiam ſponte reſignet poſſeſſionem, & exſpectativa annullatur, niſi iterum recipiat reſignatum & in poſſeſſione decedat.

Sächſiſch. Lehn-Recht C. xx.

Wann der ſon nach des Vaters tode lebet alſo lange daz

Ius Feud. Saxon. Lat. C. xv.

Cum vixerit filius tamdiu quod vox ipſius audiri poſ-

Digitized by Google

man ſine ſtimme geboren mac in vir Wenden des Huſes ſo iſt er beerwet mit ſines vaters lene und hat ez gevernet allen die ez gedinge daran hatten.	ſit in 4 parietes domus, ipſe hæredebat bona patris. Filius qui moritur ante patrem non eſt hæres feudalis, quia feudum non hæredat, & ideo non infringit alicui feudum de futuro in bonis patris.
Sächſiſches Lehn-Recht C. XI.	*Ius Feud. Sax. Lat.* C. XI.
Welch gut ein man in ſienen gewerен nicht en hat und ime nicht beweiſet iſt deme enmac her nicht gevolgen a einen andern Herren noch erben an ſinen ſone.	Feudum quod *non habet vaſallus in poſſeſſione* nec ſibi a Domino eſt oſtenſum, hoc non poteſt ſequi ad alium dominium *nec ſuo filio hæredare.*

Hi textus id quidem ſatis evidenter probant, quod exſpectativa exſtinguatur ſi vaſallus poſſeſſor moritur, relicto herede feudali legitimo. Quod vero nec transeat exſpectativa in heredes exſpectativarii, id quidem textus ex iure feudali Saxonico allegati itidem evidenter ſatis probant, & praeſertim ex alleg. *Cap. XI. Iur. Feud. Saxon.* patet: cum quotiescunque Ius Feud. Saxonicum loquitur de feudo ſine poſſeſſione, *Lehn ohne Gewehr,* hoc intelligendum ſit de exſpectativa, *dem Gedinge;* ſicque & hic textus de exſpectativa intelligendus ſit, per ea, quæ habet HARTM. PISTOR. in *Quæſt. Iur. Part. 2. Quæſt 25. num. 33. ſeqq.* Aſt nec in *Iure feudali Alemannico,* nec in *Auctore vetere de Beneficiis* occurrit textus diſer-

diſertis verbis hoc probans. Ideo tamen nullus dubito defendere, non apud antiquos Saxones ſolum, ſed potius per totam Germaniam, olim in exſpectativam locum non habuiſſe ſucceſſionem, vel, quod idem eſt, omnes exſpectativas fuiſſe olim perſonales. Non ſolum enim in omnibus textibus, in collectionibus conſuetudinum feudalium veterum Germanorum obviis, qui agunt de exſpectativa, nunquam heredum exſpectativarii fit mentio; ſed &, cum ipſa feuda olim non eſſent hereditaria, nec exſpectativas fuiſſe hereditarias, quam maxime probabile eſt. Licet vero poſtea feuda ipſa hereditaria facta ſint, tamen probabile eſt, cum primum quoad deſcendentes tantum, non vero ſimul quoad collaterales, ipſa feuda hæreditaria facta ſint, quoad exſpectativas antiquam conſuetudinem adhuc aliquantiſper in obſervantia manſiſſe. Accedit quod, quantum mihi quidem conſtat, non occurrant ante Sec. XIII. litteræ exſpectativæ, in quibus ſimul heredibus proſpectum: cum tamen recentioris ævi litteræ exſpectativæ heredum exſpectativarii mentionem iniicere ſoleant. Immo, & hoc confirmat meam ſententiam, quod in antiquis chartis ſæpius conditio, quæ exſpectativæ ineſt, his verbis expreſſa legatur: *ſi ſine herede filio, quod Deus avertat, ipſum* (nimirum vaſallum poſſeſſorem) *PRÆMORI contigerit.* Vide e. g. formulam litterarum exſpectativæ ſuper exſpectativa a FRIDERICO II. Imp. HENRICO Miſniæ Marchioni datarum apud WECKIVM *in der Beſchreibung der Stadt Dresden p.* 1;4.

Digitized by Google

Quod exſpectativæ feudales olim & apud veteres Germanos fuerint incognitæ plane, ut putat SCHILTERVS *in iure feud. Alem.* C. XII §. 11. eſt dudum iam ab aliis exploſa fabula. Conf. BOEHMERI Tract *de natura & indole exſpectativæ feudalis* § IX. MASCOVII Diſſ. *de exſpectativis in feuda imperii* §. XIV.

§. XV.

Secundum ius feudale longobardicum idem valet quoad quæſtionem: An? in ſucceſſione in exſpectativam feudalem, quod ſecundum ius feudale naturale valere §. XIII. dictum. Ait enim Feudiſta *I. Feud. I.* „Si quis inveſtitus fuerit de alieno feudo poſt mortem eius, vel ſi quis fuerit inveſtitus ſub conditione aliqua, vel tempore, quo nullus erat inveſtitus, ſive præmoriatur tenens feudum, ſive inveſtitor, ſive inveſtitus: inveſtitor & inveſtitoris heredes tenentur inveſtito, vel HEREDI EIVS, veniente tempore vel conditione: licet alii dicant, ſi moriatur inveſtitus antequam tenens feudum, vel ante conditionem exiſtentem, vel ante tempus, quod heredes eius non debeant inveſtiri.„ Hic textus ſatis claris verbis probat, exſpectativam feudalem tranſire in heredes. Licet vero generalibus verbis hic textus ſit conceptus: nemo tamen, cui mens ſana in corpore ſano eſt, negabit, hic ſupponi caſum, quo, quod ordinarium eſt, & de quo leges tantum loqui ſolent, exſpectativa, quæ conceſſa, realis eſt, & neutiquam eum ad exſpectativas perſonales eſt extendendum. Patet itaque quoad quæſtionem: An? in ſucceſſione in exſpectativam feudalem, nullam eſſe

eſſe inter ius feudale naturale & Longobardicum differentiam: ſed potius etiam ſecundum ius feudale Longobardicum, ſi exſpectativa realis eſt, ſucceſſionem in eam locum habere, non vero ſi eſt perſonalis. Conf. BITSCHIVS *in Comment. ad Conſuet. feud. p.117.*

§. XVI.

Hodie in Germania, ne quidem ipſa Saxonia excepta, ſi exſpectativa realis eſt, in eam ſucceſſio locum habet: non vero ſi eſt perſonalis. Ita enim in iure feudali longobardico conſtitutum eſt (§. XV.), quod in colliſione cum iure feudali germanico veteri, ei præferendum eſt, niſi probari poſſit, adhuc poſt receptum ius feudale longobardicum in obſervantia manſiſſe. Tantum vero abeſt, ut hoc probari poſſit, ut potius teſtentur practici, in ipſa Saxonia antiquum Ius Saxonicum quoad hunc paſſum non amplius in uſu eſſe, veluti CARPZ. *in Iurispr. for. P. II. Conſt. 45. Def. 9.* HARTM. PISTOR. *Quæſt. iur. Lib. II. Quæſt. XXV.* BERLICH. *Part. II. Concl. 54. n. 37. & 38.* STRVV. *Synt. iur. feud. C. VII. Theſ. 8. n. 1.* HORN. *Iurispr. feudalis C. XII. §. 17.*

§. XVII.

In dubio hodie in Germania præſumendum eſt ubique exſpectativam ad heredes transire, ſeu, quod idem eſt, ſucceſſionem in eam locum habere. Præſumendum eſt enim exſpectativam eſſe realem (§. VII.): ſi vero realis eſt, in eam hodie in Germania ſucceſſio locum habet (*§. præced.*).

§. XVIII.

§. XVIII.

Si exſpectativa realis eſt, licet ſit precaria: tamen ideo, quoniam precaria eſt, non ceſſat ſucceſſio in eam. Licet enim, ſi exſpectativa precaria eſt, ius exſpectativarii ſit ius revocabile (§. IX.): revocabilitas iuris tamen per ſe non efficit illud non poſſe tranſire in heredes; hincque nec ideo, quoniam exſpectativa eſt precaria, ſi modo realis ſit, ceſſat ſucceſſio in eam.

§. XIX.

Si exſpectativa realis eſt, licet ſit legata, tamen ſucceſſio in eam locum habet. Licet enim conditionalia legata non transmittantur in heredes: tamen, ſi exſpectativa legatur, proprie dici nequit legatum eſſe conditionale: cum exſpectativa pure legetur, licet dominium utile exſpectativarius demum, ſi feudum apertum fuerit, acquirat; immo, ſi etiam ineſſet conditio huic legato, ea tamen tacita eſſet. Iam vero conſtat legata pura ad heredes tranſire, &, licet inſit legato conditio tacita: eam tamen non impedire transmiſſionem in heredes; hincque, ſi modo exſpectativa realis ſit, licet ſit legata, tamen ad heredes transit, & ſucceſſio in eam locum habet.

Cum quoad alias ſpecies exſpectativæ feudalis, præter precariam & legatam, nulla adſit dubitandi ratio eas ad heredes transire: de iis nihil addendum. Si itaque exſpectativa eſt realis, tum quoad quæſtionem: An? ratione ſucceſſionis nil intereſt ſive ea ſit nova, ſive antiqua, ſive determinata, ſive indeterminata &c. Ceterum quoad

quoad ea, quæ de legata exſpectativa dicta ſunt, videſis HORNIVM *in Iure Feud. C. XII. ∬.17.*

CAPVT III.

DE QVÆSTIONE: QVOMODO? IN HAC SVCCESSIONE.

§. XX.

Quum quæſtio: Quomodo? in ſucceſſione in exſpectativam feudalem ſit ea, qua quæritur, quis ſuccedat, & quis ſucceſſionis ordo ſit obſervandus (§. X.); per ſe patet in hoc capite omnia eo redire, ut 1) *quis ſuccedere poſſit in exſpectativam feudalem, & 2) quis ſucceſſionis ordo ſit obſervandus*, determinetur. De utroque hoc themate itaque iam agendum eſt, præmiſſo principio generali, ex quo ſequentia fluunt.

§. XXI.

Licet exſpectativa feudalis per ſe non ſit verum feudum: tamen, quid iuſtum ſit circa ſucceſſionem in exſpectativam feudalem quoad quæſtionem: Quomodo? magis ex principiis de ſucceſſione feudali, quam ex principiis de ſucceſſione allodiali, eſt definiendum. Cum enim exſpectativa feudalis, licet ſit res quædam incorporalis, quæ infeudari poſſet, per ſe conſiderata tamen non ſit res infeudata quicquid vero non infeudatum, id nec verum feudum ſit, ne exſpectativa feudalis verum feudum eſt. *Quod erat primum.*

Quoniam tamen exſpectativa feudalis pro obiecto habet feudum, pro ſubiecto accipiente futurum vaſallum, ac pro fine ſucceſſionem in feudo; prout ex ipſa exſpectativæ feudalis §. I. data definitione patet: ſufficiens adeſt, ſi quid video, ratio, ut, quid iuſtum ſit circa quæſtionem: Quomodo? in ſucceſſione in exſpectativam feudalem, potius ex principiis de ſucceſſione feudali, quam ex principiis de ſucceſſione allodiali, definiatur. *Quod erat ſecundum.*

Licet itaque cum HELFFRICHIO in Diſſ. *ſiſtente caſus potiores extinctæ exſpectativæ feudalis ∫. 23.* defendere non audeam, exſpectativas feudales eſſe qualitate feudali præditas; eatenus tamen eius ſententiam admitto, quod in determinanda ſucceſſione, magis pro feudis, quam allodiis ſint habendæ.

§. XXII.

In exſpectativam feudalem in genere nemo ſuccedere poteſt, quam is, qui in genere in feuda ſuccedere poteſt. Per exſpectativam enim acquiritur ius aliquando ſuccedendi in feudum, & hæc eſt unica, quæ ex exſpectativa oriatur, utilitas. Qui itaque ad ſucceſſionem in feuda non eſt habilis, eum in exſpectativam ſuccedere poſſe abſurdum eſſet; cum ius acquireret, quo uti nunquam poſſet, tendensque in utilitatem, qua nunquam frui poſſet.

Licet itaque, quod tamen hodie fieri non ſolet, in exſpectativæ conceſſione heredum feudalium legitimorum nulla facta ſit mentio; immo licet ſimpliciter heredum

redum facta ſit mentio: tamen non indiſtincte omnes heredes defuncti exſpectativarii ad ſucceſſionem in exſpectativam feudalem admitti poſſunt. Conf. TITII *teutſches Lehn-Recht* C. 13. §. 22.

§. XXIII.

Si exſpectativa feudalis eſt exſpectativa determinata: in ſpecie non niſi ii ſuccedere poſſunt in exſpectativam talem, qui ſuccedere poſſunt in ipſum feudum, in quod exſpectativa data eſt. Cum demonſtratio in *§. præc.* data & hic applicari poſſit, eam repetere nolo.

Sit itaque feudum maſculinum: tum in exſpectativam feudalem, hoc feudum reſpicientem, nonniſi maſculi ſuccedere poſſunt. Ceterum per ſe facile patet, cur hæc propoſitio ad exſpectativam determinatam ſit reſtricta. Si enim exſpectativa eſt indeterminata, ſicque nullum adeſt certum feudum: nec in ſpecie ad qualitates ſucceſſorum feudalium in certo feudo eſt reſpiciendum.

§. XXIV.

Si feudum, in quod exſpectativa data, tale eſt, ut, per modum exceptionis a regula, in illo ſuccedere poſſint, qui in regula non ſunt ſucceſſores feudales habiles: ideo tamen in exſpectativam, in tale feudum datam, iidem ſuccedere nequeunt. Diverſas ſucceſſionis ſpecies eſſe, ſucceſſionem in feudum, & ſucceſſionem in exſpectativam feudalem, quilibet fatebitur. (*vid. not. ad §. II.*) Nec adeſt fundamentum, ex quo defendi poſſit, a ſucceſſione in feudum exſpectantia

promiſſum, ad ſucceſſionem in ipſam exſpectativam argumentari licere. Non poſſum itaque non quin pro vera habeam propoſitionem demonſtrandam.

Nec dici poteſt præſumendum eſſe, eosdem ad ſucceſſionem in exſpectativam eſſe admittendos, qui ad ſucceſſionem in feudum ipſum, in quod exſpectativa data, admittuntur. Nam admiſſo eo, quod extraordinarium eſt, in ſucceſſione in feudum, non præſumendum eſt, ideo, quod extraordinarium eſt, etiam admittere voluiſſe exſpectativam concedentem & acquirentem in ſucceſſione in exſpectativam. Stat potius ſemper præſumtio pro eo, quod ordinarium eſt: cur itaque nec hic pro eo, quod ordinarium eſt, præſumtio ſtare debeat, non video. Ceterum monendum eſt, quod, quæ dicta ſunt de habilitate ſucceſſorum in exſpectativam, habilitatem abſolutam concernant: iam itaque etiam de habilitate reſpectiva, habito nimirum reſpectu eius, cui ſuccedendum, eſt agendum.

§. XXV.

In exſpectativam feudalem tantum defuncti ſucceſſores feudales ſuccedere poſſunt, & omnes qui defuncto non poſſunt in feudo ſuccedere, nec poſſunt ſuccedere in eius exſpectativam feudalem. Ex ipſa definitione exſpectativæ feudalis patet eam concernere ſucceſſionem feudalem, & determinare eventualem ſucceſſorem in feudi dominium utile (§. 1.); licet ſucceſſio in exſpectativam feudalem a ſucceſſione in feudi dominium utile omnino differat. (*not. ad §. 2.*) At enimvero in ſucceſſionibus, quæ etiam tantum concer-

concernunt ſucceſſionem in feuda, magis tamen probabile eſt potius ſucceſſionem feudalem approbatam eſſe, quam allodialem: ea vero approbata, in eius exſpectativam feudalem, nonniſi defuncti ſucceſſores feudales ſuccedere poſſunt; hincque omnes, qui defuncto non poſſunt ſuccedere in feudo, nec poſſunt ſuccedere in eius exſpectativam feudalem.

Poteſt hæc propoſitio etiam hoc modo demonſtrari. In ſimultaneam inveſtituram non niſi defuncti ſucceſſores feudales ſuccedere poſſunt. A ſucceſſione in ſimultaneam inveſtituram vero licet argumentari ad ſucceſſionem in exſpectativam feudalem; hincque & idem in hac ſucceſſione iuris eſſe debet.

Poteſt tandem etiam hæc propoſitio breviter ex principio §. XXI. ſtabilito demonſtrari. Si enim ſucceſſio in exſpectativam feudalem ex principiis de ſucceſſione feudali eſt definienda; ſequitur omnino, non niſi defuncti ſucceſſores feudales ſuccedere in eam poſſe.

Deſunt, fateor, leges probantes: deeſt, fateor, auctoritas DD. nec nego ipſas demonſtrationes vix ſufficere videri, ad ſtabiliendam theſin, quam defendo. Quod enim *primo* attinet leges in textu *I. Feud. 9.* non niſi generaliter heredum exſpectativarii fit mentio. Quid vero in hoc textu *heredis* vox denotet, in eo DD. non conveniunt, & ſunt qui putant ſolos filios hic ſub heredis nomine venire, veluti HARTM. PISTOR. *Lib. 2. Quæſt. 26. n. 21.* quem ſequitur STRVVIVS *in Syntagm. iur. feud. Cap. 7. Aph. 9. n. 12.* Recte vero iam monuit

RHETIVS *in Comm. in Ius Feud. ad I. Feud. 3. n. 10.* in hoc textu & in noſtro textu *I. Feud. 9. nomine heredis omnem ſucceſſorem intelligi, qui adminiculo defuncti ad ſuccedendum utitur, vel per defunctum ad ſucceſſionem adſpirat, ſive maſculus ſit, ſive femina, cui per pactum proſpectum, vel feudi qualitas admittit.* Quæ licet ita ſint, hic tex us tamen non probat præciſe eos tantum heredes intelligendos eſſe, qui poſſunt ſuccedere in feuda. Quod attinet *ſecundo* DD. auctoritatem, multi quidem allegari poſſunt DD. qui exſpectativam in heredes tranſire defendunt, ad quos præter eos quos iam ſupra §. XVI. nominavi pertinent MAIER in *Comment. ad Ius feud. commune Cap. 3. ʃ. 7. num. 4.* STRYK. in Diſſ. *de exſpectativis Cap. V. n. 30.* KOCH in Tr. *de exſpectativis Cap. I. ʃ. 14.* Sed ſi quæris, qui ex heredibus in exſpectativam ſuccedant, altum eſt ſilentium. Vnicus fere TITIVS determinat, qui heredes ſint admittendi, licet non probet ſuum aſſertum. Ait enim, dum de exſpectativa loquitur, *in dem teutſchen Lehn-Recht Cap. 13. ʃ. 22. Indeſſen wird doch ſolch Recht, nach der gemeinen menſchlichen Neigung auch auf die Erben verſendet - - - ordentlicher weiſe aber ſind nur Lehns-Erben zu verſtehen, dahero werden nicht allein Weibesperſonen, ſondern auch des Warters Eltern und Seiten Verwandten ausgeſchloſſen.* Quod vero attinet *tertio* demonſtrationes huius propoſitiones, prima ideo non ſatis firma videtur, quoniam principium illud, quod magis probabile ſit approbatam eſſe in ſucceſſionibus, quæ etiam non niſi per indirectum ſucceſſionem in feuda reſpiciunt, ſucceſſionem feudalem, ſine ulteriori demon-

demonſtratione tanquam verum adſumo. Aſt cum deſint adhuc principia, ex quibus demonſtrari poſſit, quid altero magis probabile ſit, hic fuit ſubſiſtendum. Quod vero attinet ſecundam demonſtrationem, ex magna ſimilitudine, quæ eſt inter ius ſimultaneæ inveſtituræ & exſpectativam, quæ in eo conſiſtit, quod utrumque ius a domino ſit, utrumque concernat eventualem in feudi utile dominium ſucceſſionem, patet veritas eius principii, quo in ipſa demonſtratione utor: quod nimirum a ſucceſſione in ius ſimultaneæ inveſtituræ, argumentari liceat ad ſucceſſionem in exſpectativam feudalem. Quod vero & alterum principium, quo utor in hac demonſtratione, verum ſit: quod nimirum in ius ſimultaneæ inveſtituræ non niſi ſucceſſores feudales defuncti ſuccedant, ex iis patet, quæ de ſucceſſione in ſimultaneam inveſtituram docuit WERNHERVS in Diſſ. *de ſucceſſione in ſimultaneam inveſtituram.* Aſt ſi etiam hæ demonſtrationes non ſufficiunt, ſufficiet tamen tertia, quam adieci.

§. XXVI.

Si ad ſucceſſionem in defuncti feuda, per modum exceptionis a regula, ſucceſſores admittuntur, qui in genere non ſunt ſucceſſores feudales habiles, hi ideo in eius exſpectativam feudalem ſuccedere nequeunt. Eadem demonſtratio, quæ iam ſupra (§. XXIV.) data, & hic mutatis mutandis locum habet.

Pone e. g. feudum exſpectativæ oneri ſubiectum eſſe maſculinum, etiam feminas vero in ultimo defuncti exſpectativarii feuda ſuccedere poſſe: ideo tamen in hanc exſpectativam feminæ ſuccedere nequeunt.

§. XXVII.

§. XXVII.

Licet feudum, in quo aliquando vi exſpectativæ ſuccedendum, tale ſit, ut in eo, per modum exceptionis a regula, iidem in regula inhabiles ſucceſſores ſuccedere poſſint, qui per modum exceptionis a regula in defuncti exſpectativarii feuda ſuccedere poſſunt: hi tamen a ſucceſſione in exſpectativam ſunt excludendi. Licet enim hæc nova circumſtantia accedat: tamen demonſtratio ipſa, ad quam *§. præc.* provocavi, adhuc locum habet; hincque neceſſe eſt idem adhuc obtinere.

Pone e. g. feudum, in quo aliquando per exſpectativam ſuccedendum, eſſe feudum femininum, et etiam feminas ad exſpectativarii mortui feuda adſpirare poſſe: ideo tamen feminæ non poſſent ſuccedere in exſpectativam, in hoc feudum femininum conceſſam. Ceterum, vel me non monente, quilibet videt, hæc quæ §. XXV. ſeqq. dicta ſunt, tum non amplius valere, ſi pacto aliter conventum.

§. XXVIII.

Ex his quæ hactenus §. XXII. ſeqq. de qualitatibus eorum, qui ſuccedere poſſunt in exſpectativam feudalem, dicta ſunt, fluit, ſi, quæ dicta ſunt, in ſummam contraho, ſequens principium generale: *In exſpectativam feudalem nemo ſuccedere poteſt, niſi ſit talis, qui 1) ſuccedere in feuda poteſt, tam in genere, quam in ſpecie, ſi exſpectativa eſt exſpectativa determinata, in illud feudum, in quo aliquando vi exſpectativæ ſuccedendum, & qui 2) ad eius, qui mortuus, ſucceſſores feudales ordinarios, ſeu regulares pertinet.*

Vt,

Digitized by Google

Vt, quæ dicta ſunt, exemplo illuſtrem, pone caſum ſequentem. Moritur Titius, qui ſibi primus acquiſivit exſpectativam realem in feudum *A.* quod eſt feudum femininum, eumque relinquere duos filios & unam filiam. Succedunt tum duo filii in hanc exſpectativam, excluſa ſorore. Hi filii enim ſunt illis requiſitis inſtructi, quæ adeſſe debent in eo, qui ſuccedere vult in exſpectativam feudalem. Sunt enim I) filii defuncti tales, qui ſucceſſionis in feuda ſunt capaces: prout etiam II) ſunt defuncti patris ordinarii & regulares ſucceſſores feudales. Filia vero ideo eſt excludenda, quoniam in regula feminæ non ſunt capaces ſucceſſionis in feuda. Et licet feudum *A* ſit feudum femininum, ideo tamen filia ſuccedere nequit in exſpectativam hoc feudum afficientem. Feminas enim in feuda ſuccedere eſt exceptio a regula, quæ locum quidem habet, ſi feudum in quo ſuccedendum, eſt femininum: ideo vero nondum ſequitur in ſucceſſione in exſpectativam, in tale feudum datam, eandem exceptionem ſeu irregularitatem eſſe admittendam. Aſt muta in caſu dato circumſtantiam, Titium relinquere duos filios, & pone eum non niſi unicam filiam relinquere, patrem eius vero adhuc eſſe ſuperſtitem: tum pater non poſſet ſuccedere in exſpectativam feudalem filii. Licet enim adſit primum requiſitum ſucceſſoris habilis in exſpectativam; cum hominem ideo, quoniam pater eſt, qui liberos generavit, in feuda ſuccedere non poſſe, dici nequeat: ſecundum requiſitum tamen deeſt. Nam pater non eſt ſucceſſor feudalis filii.

§. XXIX.

Ex hoc principio generali *§. præced.* ſtabilito, fluunt innumera corollaria. Vt vero brevitati ſtudeam, nonnulla ſaltem ex his, veluti exempla, adducere placet. Sunt hæc ſequentia:

I) *Si feudum in quod exſpectativa data, eſt feudum mere hereditarium, ſicque omnes heredes in illud ſuccedunt: ideo in exſpectativam ipſam, in tale feudum datam, non indiſtincte omnes heredes ſuccedunt.*

II) *Si exſpectativa eſt nova, mortuo exſpectativario; nec eius adſcendentes, nec eius collaterales in eam ſuccedere poſſunt: ſed potius ſoli eius deſcendentes, qui ſunt ſucceſſores feudales legitimi. Si vero exſpectativa eſt antiqua: non ſolum eius deſcendentes, qui ſunt legitimi ſucceſſores feudales, ſed & eius collaterales a primo acquirente deſcendentes & qui ſucceſſores feudales legitimi ſunt, in exſpectativam feudalem ſuccedunt.*

Quod hic indiſtincte adſcendentes & collaterales a ſucceſſione in exſpectativam excludam, mirum forſan videtur iis, qui amant exceptiones, & credunt dari multos caſus, in quibus adſcendentes & collaterales in feuda nova ſuccedunt; ſicque & in iisdem ad ſucceſſionem in exſpectativam feudalem admittendos eſſe putabunt. Sed ſciant velim, ſi loquimur de ſucceſſione regulari in feuda, hoc eſt, quæ obtinet in feudis, quorum ſingularis natura ſingularem ſuccedendi modum non operatur, & per ſucceſſionem intelligimus ſtricte ſic dictam ſucceſſionem, nullam admittere exceptionem propoſitionem illam: Adſcendentium & collateralium primi acquirentis in feudis nulla eſt ſucceſſio.

III) *Non*

III) *Non licet argumentari ita: hic, vel ille poteſt ſuccedere in ipſum feudum exſpectantia promiſſum; ergo poteſt ſuccedere in exſpectantiam. Ita vero argumentari omnino licet: Hic, vel ille non poteſt ſuccedere in feudum exſpectantia promiſſum; ergo nec poteſt ſuccedere in exſpectantiam ipſam.*

Hæc ſufficiant de iis, qui ſunt habiles ſucceſſores in exſpectativam feudalem, vel non. Iam itaque ad determinandum ordinem in hac ſucceſſione obſervandum me accingo. Vid. §. XX.

§. XXX.

Si moritur exſpectativarius, & adſunt tales, qui in exſpectativam feudalem ſuccedere poſſunt, is ſucceſſionis ordo, qui in feudis obtinet, etiam in hac ſucceſſione locum habet. In exſpectativam enim non niſi ſucceſſores feudales ſuccedunt (§. XXII.). Quoties vero ad ſucceſſionem non niſi ſucceſſores feudales vocati ſunt, eundem etiam ſuccedendi ordinem obſervari neceſſe eſt, qui in feudis obtinet.

Poteſt etiam hæc propoſitio eodem modo demonſtrari, quo (§. XXV.) demonſtratum eſt: non niſi defuncti ſucceſſores feudales in exſpectativam ſuccedere poſſe.

§. XXXI.

Si per pacta, teſtamenta, aut alio modo in genere quoad feuda mortui exſpectativarii extraordinarius ſuccedendi ordo eſt introductus, is ſucceſſionis ordo etiam locum habet in ſucceſſione in exſpectativam feudalem; ſive ante datam exſpectativam feudalem, ſive poſt datam exſpectativam feudalem ſit introductus.

Si vero is ſuccedendi ordo tantum quoad unum alterumve feudum introductus: nec is extendendus eſt ad ſucceſſionem in exſpectativam feudalem. Exſpectativa feudalis enim, quoad modum ſuccedendi, magis pro feudo quam pro allodio eſt habenda (§. XXI.). Si itaque in genere quoad feuda introductus eſt extraordinarius ſucceſſionis ordo; ſive ante, ſive poſt datam exſpectativam ſit introductus: eum etiam quoad exſpectativas feudales locum habere neceſſe eſt. *Quod erat primum.*

Cum vero diverſæ tamen res ſint, unum alterumve feudum mortui exſpectativarii, & eius exſpectativa, & a diverſis ad diverſa extendi nequeat extraordinarius ſucceſſionis ordo: ſi extraordinarius ſucceſſionis ordo tantum quoad unum alterumve feudum exſpectativarii introductus eſt, is ad ſucceſſionem in exſpectativam feudalem non extendendus. *Quod erat ſecundum.*

§. XXXII.

Si ergo *ius primogenituræ introductum eſt in familia aliqua, quoad feuda familiæ; hincque multo magis, ſi quoad omnia bona familiæ introductum: ſolus primogenitus ſuccedit in exſpectativam feudalem, toti familiæ datam; ſive exſpectativa data ſit ante introductum ius primogenituræ, ſive data ſit poſt introductum ius primogenituræ.*

Sufficiat hoc unico corollario illuſtraſſe antecedentem propoſitionem generalem, licet facili negotio plura addi poſſent. Quis enim non videt idem valere de ſenioratu, minoratu, aliisque extraordinariis ſucceſſionis ordinibus.

§. XXXIII.

Digitized by Google

§. XXXIII.

Si quoad feudum, in quod exſpectativa data, extraordinarius quidam ſuccedendi modus obtinet: idem is modus ſuccedendi ideo non obſervandus eſt in ſucceſſione in exſpectativam, in illud feudum conceſſam. Eadem demonſtratio, per quam ſupra (§. XXIV.) evictum, quod qui extra ordinem ſucceſſores feudales habiles ſunt quoad feudum ipſum, ideo eo ipſo nondum ſucceſſores feudales habiles ſint quoad exſpectativam in tale feudum datam, etiam hic locum habet.

Poſſem iam, ſi vellem, ex his principiis multa corollaria deducere, ſicque ulterius determinare ordinem ſucceſſionis, in ſucceſſione in exſpectativam feudalem obſervandum. Quum vero hic ordo idem ſit, qui in ſucceſſione in ipſum feudum obſervandus, isque ſit ſatis notus, actum agerem. Nec ullus, ſi caſus, qui obvenire poſſunt, perpendo, obvenire poteſt caſus, in quo ſingularia quædam notanda, aut cuius deciſio dubiis eſſet obnoxia. Suppono vero caſus ſucceſſionis, qui revera ſunt caſus ſucceſſionis in exſpectativam feudalem: cum quibus caſus qui in ſucceſſione in feudum apertum, exſpectantia promiſſum, obvenire poſſunt, non ſunt confundendi (*vid. not. ad ſ. II.*). In hac ſucceſſione enim omnino caſus obvenire poſſunt, qui aliquo modo dubii ſunt, veluti: An, ſi feudum aperitur longe poſt mortem eius, qui exſpectativam impetravit, isque multos nepotes relinquat, & quidem ex altero filio e.g. tres, ex altero quatuor, ſuccedant hi in ſtirpes, an vero in capita? De quo videatur STRVVIVS in

in *Syntagm. Iur. feud. Cap. VII. Aphor. VIII. num. 3.* BERLICH. *Concl. pract. Part. 2. Cap. 54. n. 69. ſeqq.*

CAPVT IV.

DE QVÆSTIONE: QVAMDIV? IN HAC SVCCESSIONE.

§. XXXIV.

Succeſſio in exſpectativam feudalem tam diu durat, quamdiu exſpectativa ipſa ſubſiſtit: ea vero exſtincta, & ſucceſſio in eam non amplius locum habet; id quod per ſe patet. Hinc vero fluit manifeſto: *caſus extinctæ exſpectativæ feudalis, eſſe caſus, in quibus ſucceſſio in exſpectativam feudalem finitur.*

§. XXXV.

Exſpectativa feudalis vero extinguitur variis modis, qui omnes reduci poſſunt ad ſequentes. Extinguitur exſpectativa feudalis aut *per totalem feudi interitum,* aut *non.* In poſteriori caſu, aut *per liberam voluntatem eorum, quorum intereſt, extinguitur,* aut *per caſum fortuitum contingit eam extingui.* Prius fit, *per renunciationem* ex parte exſpectativarii; *revocationem* ex parte concedentis; & *per mutuum diſſenſum.* Poſterius fit duplici modo, tam *ſi contingit deeſſe ſubiectum, in quod tranſire poteſt obligatio ex exſpectativa,* quam *ſi contingit deeſſe ſubiectum habile, in quod exſpectativa transmitti poteſt.* Contingit vero deeſſe tale ſubiectum habile, ſi exſpectativa eſt perſonalis, toties, quoties moritur is, cui

data

Digitized by Google

data exſpectativa: ſi vero eſt realis, tam per *interitum familiæ exſpectativatæ totalem,* quam etiam per *defectum talium ſubiectorum in familia, quæ ſunt ſubiecta ſucceſſionis in exſpectativam capacia.*

Sunt, qui etiam tum exſpectativam feudalem exſpirare putant, ſi vaſallus poſſeſſor feloniam committit, exſpectativa vero in ſolum vaſalli mortis, vel familiæ ipſius interitus caſum data. Hanc ſententiam vero meam facere nequeo, cum argumenta, quibus Ill. IAC. GABR. WOLFIVS in *Elem. iur. feudor. Cap. VII. §. VI.* eam impugnat, me convincant.

§. XXXVI.

Cum, quoties exſpectativa feudalis extincta, ſucceſſio in exſpectativam feudalem non amplius locum habeat (§. XXXIV.), multis vero modis exſpectativa feudalis extinguatur (*§. præc.*): amplus pateret campus, ſi vellem, ad ſpecialiora deſcendendo, omnes hos caſus extinctæ exſpectativæ feudalis, & inde ceſſantis ſucceſſionis in exſpectativam feudalem, ſigillatim pertractare. Aſt cum, quæ iam ab aliis dicta ſunt, hic repetere nolim, & iam exſtet de hoc themate elegans diſſertatio, quam Celeberrimus Tubingenſium Anteceſſor IOAN. IAC. HELFFRICH ſub titulo: *Diſſert. ſiſtens caſus potiores extinctæ exſpectativæ, cum primis in feuda imperii R. G. immediata maiora conceſſæ:* publici iuris fecit, hic ſubſiſto, & B. L. ad eam remitto.

TANTVM.

CON-

Digitized by Google

CONSVLTISSIMO
DOMINO DOCTORANDO

S. P. D.

PRÆSES.

PRima & præcipua cura candidatorum laureæ doctoralis merito eo tendere ſolet, ut thema diſſertationis inauguralis tale eligant, quod nec nimis vulgare, nec nimis generale. Et TV itaque CONSVLTISSIME DN. DOCTORANDE de eo quam maxime ſollicitus fuiſti, ut tale thema invenires, mihique, quæ TVA eſt humanitas, hac in re conceſſiſti votum conſultativum, ne dicam, deciſivum. Auctor ſuaſorque itaque TIBI fui, ut præſens thema eligas, idque facile a TE impetravi. Quæ cum ita ſint, meum non erit iudicare, an hoc thema ſit ſatis aptum, ſed potius hoc aliorum iudicio relinquo. Quod vero attinet ipſam elaborationem, potuiſſes, fateor, plura addere, & præſertim non iniucundum fuiſſe coniicio multis lectoribus, ſi TIBI placuiſſet in rem præſentem ire, & exemplis ex hiſtoria imperiali depromptis illuſtrare & corroborare, quæ dicta ſunt. Sed prius, ut bene ſcio, tempus non permiſit: poſterius vero ex meo conſilio factum, ex rationibus, quas ſcire alios, eorum non intereſt. Hæc ſunt, quæ ex me percipere Lectores, TVA & mea intereſſe credidi. Reliqua, quæ TE præſertim concernunt, an TE ea ſcire TVA interſit, quidem ignoro: aſt tamen dicam ea paucis. Bene TIBI cupio, & habebis me ſemper ad omnia officiorum gera promptum paratiſſimumque. Vale. Dabam Halæ d. XIII. Octobr. MDCCL.

CON-

CONSVLTISSIMO ATQVE *HONORATISSIMO*

DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

M. GOTTLOB SAMVEL NICOLAI

AMPLISS. FACVLT. PHILOS. ADIVNCTVS.

Paulo quidem contractiora AMICE SVAVISSIME *erunt uerba, quibus & dexteritatem* TVAM *& animum ſingularis prorſus indolis amabo. Aſt hac de re nec negligentiam meam in iudicium uocandam eſſe cenſebis; nec a coniunctione noſtra, quam ſemper magni feci, aliquid immutatum eſſe arbitraberis. Tribues potius, quae ſumma* TVA *eſt humanitas, litterarum inopiam & uiribus meis ex morbo adhuc uacillantibus,& uario laborum generi, quo in biuio huius ſemeſtris conſtitutus, adhuc detineor. Pluribus alias perſequerer argumentum illud, quod in fatis* TVIS *ſane mirabilibus animique* TVI *moderatione penſitandis, non minimi momenti eſſe, mihi uiſum eſt.* TE AMICE DOCTISSIME *coeleſtium doctrinarum cognitione, quibus per ſat longum tempus labores* TVOS *ſacros eſſe uoluiſti, ad calamitates illas perpetrandas confirmatum eſſe, quae* TE *inſigni acerbitate excruciarunt. Patientia, Deique cultu, dolorum optima medela ſtipatus, uictor ſortis* TVAE *inſequentem rerum* TVARVM *decurſum felicem, animo praeſagiente, ſentis. Plaudentibus accedo amicis* TVIS, *Deumque O. M. obteſtor, ut omnium uotis perpetuitatem concedat. Doctrinarum* TVARVM *egregiam copiam, aliis inſeruiendo oſtendas feliciter, ut* SPLENDIDISSIMAE FAMILIAE *decus, & mihi & omnibus, qui amicitia* TVA *delectantur, ſoſpes atque incolumis faueas, optime Vale. Dab. in Regia* FRIDERICIANA. *III. Id. Octobris* cIↄ cIↄ CCL.

Digitized by Google

DOCTISSIMO CANDIDATO

FRATRI OPTIMO

S. P. D.

D. CAROLVS AVGVSTVS BRAND,

MEDICINÆ PRACTICVS.

Ego TIBI, DILECTISSIME FRATER, *non gratularer diſputationem ſolemnem & honores academicos? Difficulter, mihi crede, id facio, non quod exiguum iis pretium ſtatuam, aut illis* TE *indignum judicem, aut dignitate* TVA *mediocriter, ne dicam nihil omnino delecter: ſed quod ipſe* TE *omnibus qui litteris volunt, ſatis commendas; quod Frater es, de quo quæcunque a fratre dicantur vel veriſſima & ab aſſentationis ſpecie remotiſſima amori magis & conſuetudini tribuuntur, quam rationis judicio & merito* TVO. *Longe tamen difficiliori & inexcuſatiori taciturnitate, quæ ſentio apud me cohiberem. Gratulor igitur* TIBI OPTIME FRATER *bonores in utroque jure ſummos, quibus nihil eſt ad publicum doctrinæ* TVÆ *teſtimonium boneſtius, & ad aliis inſerviendum accommodatius. A theologico ſtudio ad juridicum* TE *contuliſti. Felix qui non minus babet in nigro quam in rubro. Erit ille in utroque Cæſar. Applicationem probibet modeſtia, probibet fraterna amicitia; docent publica in utroque teſtimonia. Quicquid ſuſcipies id velim Deus O.M. approbet atque ſalutare eſſe jubeat. Mea in* TE *ſtudia & officia ſemper conſtabunt. Vive felix, fauſtus, fortunatus, omnibusque felicitatum generibus cumulatus diutiſſime, meque ſi non male de* TE *meritus fuero, non dilige ſed ama, & fraterno amore proſequi perge. Vale. Dabam Berolini die X. Octobris MDCCL.*

Freund

Freund! wenn die Falſchheit oft den ſchwachen Wunſch erhebt,
Und wenn im reinſten Wunſch die Ohnmacht ſchüchtern lebt,
Weil ihr die Sprache nie, die Worte ordnen wolte,
Durch die das Herz erklärt, was es erklären ſolte;
So tadle nicht den Trieb, dem nur der Ausdruck fehlt
Wenn er zu Deinem Glück, ſich würdge Bilder wählt
Und doch im matten Reim nicht Deiner würdig dachte
Weil ihm die Falſchheit fehlt, die Wünſche prächtig machte.
Ein Herz das edel denkt, wenn ihm ein Unglük droht,
Bleibt kleinem Schmerz zu groß, und fühlt die gröſte Noth
Damit die Tugend ſich, im Kampf der Leiden beßre
Der Welten Muſter ſei und GOttes Ruhm vergröſre,
Wenn ein gemeiner Geiſt, beim ſchwachen Schmerz verzagt
Der Boßheit Tempel baut, und bei ihr GOtt verklagt;
So ſtraft den Aberwitz der Schimpf der eignen Blöße;
Der Schmerz verſchwindet bald, mit ihm, der Tugend Gröſe,
Die Dumheit gönnt ihm nicht, der Leiden wehrt zu ſein.
Drum muß die Vorſicht ihm ſogleich vom Schmerz befrenn.
Der Weiſe, nährt ſein Leid, ſein Beiſpiel lehrt die Zeiten,
Und denn muß erſt ſein Glück, der Gottheit Ruhm verbreiten.
Freund, ſieh Dein wehrtes Bild. Dein Leiden krönt die Zeit
Weil den die Vorſicht liebt, der Ihr ſein Leben weiht.
Du bleibſt Ihr treu und Sie belohnt die ſchönſte Treue
Ein ieder künftger Tag, erhebt Dein Glück aufs neue.
Wer GOtt und Rechte liebt, den liebt auch GOtt und Recht
Den ſchützt auch beider Arm, daß nichts ſein Wohlſein ſchwächt.
Wie ſchön bleibt mir mein Glück, zween Brüder zu verehren,
Die Recht und Medicin der Welt zum Vortheil lehren.

Sam. Tob. Dubendorff,
des Königl. Gymnaſii in Berlin Inſpector.

Monſieur!

Je ſerois nullement digne de Vôtre *amitié ſi je laiſſois echapper l'occaſion ſi favorable pour* Vous *pouvoir temoigner*

moigner combien je Vous *aime & combien je* Vous *eſtime. Mais je ſai que* Vous *êtes parfaitement perſuadé tant de mon amitié que de mon eſtime, que je viens de conſerver jusqu'ici avec raviſſement, car pourrois je pretendre le bonheur d'être de* Vos *amis ſi vôtre diligence, vertu & conſtance au labyrinthe des troubles que* Vous *avés heureſement vaincu ne m'euſſent imprimé de* Vous *une idée parfaite & aimable? mais croiés* Vous aimable ami *que je ſuis ſi fol d'avoir l'opinion de mon eloquence que je puiſſe former une image de mon coeur convenable á l'original des idées ſublimes que j'ai de* Vous? *ah je ne ſuis que trop foible á cela! c'eſt pour cela que j'abandonne l'audace de vouloir faire un detail des motifs qui me contraignent de* Vous *aimer de* Vous *cherir. Je n'ajoute rien aux lignes precedentes que mes voeux. Les voici:* Vous *venés de recevoir les honneurs duës á* Vos *merites:* Vous Vous *preparès au depart d'ici: ah que le plus puiſſant gade* Vous *veuille conduire à l'endroit ou il y a apparence que tous les proſperités imaginables* Vous *attendent pour radoucir les amertumes du tems paſſé! quel ſeroit alors le transport de joie de celui qui fait beaucoup de cas ſur l'honneur d'être*

Monſieur

mon tres cher ami

Vôtre très eſſentiel ſerviteur

CRETIEN LVC. WERNER,

Etudiant en Drois. Oppoſant. de Marbourg en Heſſe.

CON-

Digitized by Google

CONSVLTISSIMO ATQVE *PRÆSTANTISSIMO*

DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

GEORGIVS SAMVEL MADIHN,

Guelpherbytanus, Opponens.

Quo præſtantiora doctrinæ ſolidæ documenta eruditi publici iuris faciunt, eo maiorem quoque laudem & gloriam merito aſſequuntur. Sed non omnes qui ſcriptionibus publicis prodire ſatagunt, eandem gloriam obtinere notum eſt quam quod notiſſimum, cum non omnes pari ſoliditate atque profunditate ſpecimina ſua exarare poſſunt. Inſtituti præſentis ratio non permittit in ambages deſcendere, multisque in diverſæ eruditorum eruditionis partium cognitionis indolem inquirere. Nihilominus vero magnam eorum diverſitatem, qui in academiis alios iura docere volunt, ſtatim deprehendimus, ſi illorum docendi modum iuxta leges rigoroſioris methodi ſub incudem vocamus. Sane multi & proh dolor! plurimi ICtorum empyrica iurisprudentiæ cognitione adhuc contenti ſunt & adæquatis ſcientiæ legitimæ notionibus deſtituti, nimisque antiquitatum romanarum amore ducti ſibi perſuadent, mera antiquitatum notitia ſolidam iurisſcientiam penitus abſolvi; ita ut nihil inſoliti contingat, quando ſæpius magnum percipimus numerum circumforaneorum more clamitantium: Vana eſt ſine antiquitatum cognitione iuris ſcientia. *Permulti etiam, quoniam iura diſtincte docere nequeunt, maxime neceſſaria iuris privati capita auditorum memoriae mandare ſtudent, in hoc ignorantiæ aſylo præſidium quærentes, ſcilicet ut auditores examinantium quæſtionibus ſatisfacere poſſent, priusquam ad forum admittantur,* TV *vero* CONSVLTISSIME

DOMINE CANDIDATE *longe nobiliorem viam es ingreſſus, dum relicto Theologiæ ſtudio Themidis ſacra profeſſus. Obverſabantur enim* TIBI *quotidie ante oculos immortalia nomina* CRAMERI, NETTELBLADTII *aliorumque qui in promovenda iurisprudentia rationali operam omni ævo laudabilem collocant; & nihil magis curæ cordique* TIBI *fuit, quam ut iurisprudentiam ex eius legitimis fontibus deductam addiſceres, quam ob cauſſam quoque acroaſes* ICTI PHILOSOPHI ILLVSTRIS TVI PRÆSIDIS *reliquorum omnibus prætuliſti, tantosque in iis feciſti progreſſus, ut nunc ad ſupremos in iure honores adſpirare queas. Gratulor itaque* TIBI *felices ſtudiorum* TVORVM *ſucceſſus, gratulor* TIBI *magnos in iurisprudentia rationali progreſſus, quos abunde teſtatur diſſertatio* TVA *inauguralis rigoroſe conſcripta. Gratulor* TIBI *denique ſummos in iure honores, & nihil magis voveo, quam ut* TIBI *ad novos honores aditum aperiant. Cæterum vale, mihique in poſterum benevolentiam* TVAM *non denegare perge. Dabam in Alma Fridericiana d. XV. Octobr. MDCCL.*

PRÆNOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

DOMINO DOCTORANDO

AMICO NVNQVAM RECONCILIATO,

ET EX OMNIBVS VNI,

S. P. D.

GEORGIVS FRIDERICVS MVHD,

Landsbergo Neo-Marchicus.

E*quidem optimo jure laudibus quibus* de Amice nunquam reconciliate, *ob amicitiam erga me* TVAM *veram*

ram, perfectamque, in omnibusque temporis ac fortunæ viciſſitudinibus ſanctam, deberem extollere, poſſum ſuperſedere; cum TVA *erga me amicitia ſupra omnes ſit laudes, nec vano modo mihi laborandum ſit, ut iſta illis augeatur. Mens mihi jamjam eſt,* TIBI *teſtificandi, me æque vero incredibilique gaudio compleri ob honores Doctorales qui* TIBI *propter* TVAM *eruditionem, ſpecimine academico eximio proditam, conferuntur, ac velim,* TIBI *firmiſſime habeas perſuaſum, amicitiam quam cum* TE *colo colamque, eſſe ſanctam, veram atque perfectam. Det Numen Immortale ardentiſſimis precibus meis locum, ſervetque* TE *ad ſummam usque ſenectutem ab omni incommodo, detrimento, moleſtia mentis ac corporis ſincerum integrumque! Fortunet, proſperet, ſecundet, res, conatus atque vota* TVA! *Augeat, amplificetque novos quos conſecutus es honores quibusvis aliis egregiis ampliſſimisque, quo* PATRI TVO *maxime merito,* FAMILIÆ TVÆ SPECTATISSIMÆ *ſemper ſemperque ſis gloriæ, ornamento, decori. Ceterum ſanctam noſtram amicitiam mutuam ad mortem usque nulla reconciliatione opus habituram eſſe, dubitare minime auſim. Vale. Dabam Halæ Die 6. Octobr. MDCCL.*

Betrüglichs Nichtes, Blendwerck der Ehre
Baut man dir jezt noch die Altäre
Die dir das Alterthum erricht?
Stillt deine Raſerey ſich nicht,
Iſt Morden uoch der Helden Tugend
Und ſchmachtet jezt, noch unſre Jugend,
Wie damahls nach der Menſchen Blut?
Iſt Eigenſinn uud kühner Muth

Noch

Noch jezt die ſchönſte deiner Gaben
Daran ſich deine Freunde laben?
Nein, Finſterniß beherſcht uns nicht,
Uns ſcheint der Weisheit helles Licht;
Sie zeigt uns deine Trügereien,
Und will uns von dem Wahn befreyen
Daß deine Hoheit etwas iſt;
Denn was du in und an dir biſt
Iſt nur der Schein von ſolchen Dingen,
Die uns die wahre Ruhe bringen.
Allein die Weisheit bringt die Luſt,
Die mit der Ruhe unſrer Bruſt
Begleitet, uns recht ſeelig machet,
Und aller Eitelkeit verlachet;
Sie tröſtet uns bey Furcht und Schmerz
Und wenn der Kummer unſer Herz
Mit ſeiner finſtern Macht will drücken,
So weiß ſie uns bald zu erquicken.
Ihr Dienſt wird uns mit Ruhm belohnt,
Ja, den, in deſſen Bruſt ſie wohnt,
Den fürt ſie in den Ehren-Tempel
Und ſezt ihn andern zum Exempel
Sie crönt ihn mit der Lorber-Crohn
Dis Freund beweiſet uns Dein Lohn,
Den Dir Dein muntrer Fleiß gebieret,
Und Deine heitre Stirne zieret.
Du biſt beglückt, Du ſelbſt haſt Dir
Dein Glück gemacht. O Freund ſieh hier
Der reinen Wolluſt ſanffte Stärcke,
Die ich bei Deinem Glanz vermercke;
Entfernt von Dir lebt noch der Trieb
Mit dem ich mich Dir erſt verſchrieb;
Mit Regung denck ich an die Stunden
Die mich zuerſt mit Dir verbunden,
Und ſo geſinnt wünſcht meine Treu,
Daß Dein Glück ewig blühend ſey!

Steig

Digitized by Google

Steig auf zu deſſen gröſten Höhen
Ich will es mit Vergnügen ſehen.

Hiermit empfielet ſich abweſend dem freund-ſchafftlich geneigten Andencken des Hoch-zuehrenden Hrn. Verfaſſers dieſer Schrift aufrichtiger Freund

J. F. Weidemann,

I. V. Cand. Siles.

Freund von ſehr ſeltenen Exempel
Es reißt Dich jetzt erfochtne Ehre
Aus ringenden Armen!
Dein Glück labt Dich zum würdgen Lohne,
Doch eh mein Kuß Dich ſeufzend miſſet;
So nimm noch den Rath mit:
Wenn einſt ein ſpielend muntrer Erbe,
Des Vaters Hände küſſend netzet,
Dich lächelnd umhüpfet,
Dann lehr' ihn wie durch Freundſchafts-Bande
Er andre ſoll ſo glücklich machen
Als Du mich beglückteſt.

Joh. Gottfr. Käyſer,

d. R. B. aus Magdeburg.

Non più ſoſpiri ò mondo
Il vol veloce alla maggior ſtellata
Della Dea dai dei tanto ſtimata
Giuſta e ſacroſanta Aſtrea
Incorruttibil Dea
Membre gli ſon le Muſe, e Febo amico.

F *Laſcia*

Laſcia del Cielo il novo regno
E' ſcende in terra à miniſtrar l' antico.

In amore del riutiſſime et dottiſſime SIGL. BRAND non ha voluto mancar à dirli qual parte che prende alla ſua fortuna e come ſia ſenſibile al ſuo honore

Il ſuo ſervitore e fideliſſimo Amico
FILIPPO QUADE, Mindenſ.

Monſieur
mon très honoré ami

Je m' acquite d' un devoir auquel il falloit depuis long tems me préparer à Vous *le rendre.* Vous *voila donc,* Monſieur, *au bout de* Vos *travaux academiques!* Vous *allés recevoir les juſtes recompenſes duës à Vôtre diligence & à* Vos *merites! Je ſerois indigne de l' amitié que* Vous *m' avés fait l' bonneur de me porter toujours, ſi je manquois de* Vous *témoigner la part que je prens à cet beureux changement. Jouiſſés,* Monſieur, *de Vôtre bonbeur en dépit de toute envie! Jouïſsés en ſelon les voeux ardens de* Vos *amis! Tel que j'ai l'bonneur de* Vous *être connu,* Monſieur Vous *ne pourrés point douter de la ſincerité de mes ſentimens, & de l' attachement inviolable, avec lequel je ſuis*

Monſieur
Mon très honoré ami

Vôtre
bien humble & obligeant
ſerviteur
J. F. KNAK, J. V. C.

A4114JC013

Digitized by Google